



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum, De Plerisque Functionibus, & Obligationibus, ad Parochias, Parochos & Parochianos attinentibus

Engel, Ludwig

Salisburgi

Sect. 3. De Voto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40922

SECTIO III.

DE VOTO.

SUMMARI A.

1. Quid & quotuplex sit *Votum*?
2. *Tantum votum solenne irritat matrimonium.*
3. *Votum simplex contracto matrimonio impedit exactionem debiti.*
4. *Quid de voto ingrediendi religionem?*

1. **C**onstat votum castitatis aliud esse *simplex*, aliud *solenne*, nimirum quod in Religione ab Ecclesia approbata emittitur, vel sacris Ordinibus clericalibus annexum est.

2. Porro tantum votum *solenne* irritat matrimonium non autem votum *simplex*. *Votum* quidem *simplex* impedit matrimonium, & si contrahatur, pœnitentiâ Ecclesiasticâ mulcandi sunt contrahentes, non tamen propterea annullatur, ut clarè decisum est in *6. unico de Vo. 10. in 6.*

3. Licet autem matrimonium cum voto *simplici* castitatis contractum valeat, votum tamen non expirat, sed adhuc obligat ex parte *votentis*, in quantum ab eo servari potest, ut scilicet nunquam exigat, sed tantum alteri parti exigenti (cui votum alterius præjudicare non potuit) reddat debitum conjugale.

Attamen propter quotidianum periculum transgressionis consulitur hujusmodi *votentis*, ut ipse vel alius ejus nomine dispensationem petat, quam ob periculum incontinentiæ & diffi.

difficultatem adeundi Pontificem concedere solet Episcopus, cum eâ moderatione, ut supplicans stante matrimonio jam contacto valeat reddere & exigere debitum conjugale, dissoluto autem matrimonio per mortem alterius conjugis votum obliget, sicut prius. &c.

Verùm alia est ratio de votis ingrediendi religionem, suscipiendi ordines clericales, aut vivendi in cælibatu, absque expresso voto castitatis, cum talibus enim votis, licet matrimonium absque peccato mortali & violatione voti contrahi non possit, contractum tamen valebit, neque hîc erit abstinendum à petitione debiti, quia necdum castitas actu promissa est, *Sanch. lib. 9. disput. 33. num. 9.*

SECTIO IV. DE COGNATIONE.

SUMMARIÆ.

1. Quid sit cognatio spiritualis?
2. Inter quos contrahatur? (*baptizandum.*)
3. Tantum unus & una admittitur ad levandum
4. An, si plures levant infantem: omnes contrahant cognationem?
5. Ad contrahendam cognationem requiritur ætas baptizandi. (*cognationem?*)
6. An principalis vel procurator levans contrahat
7. An levans in casu necessitatis contrahat cognationem.
8. Pater baptizans filium amittit jus petenti debi-
9. Quid cognatio legalis? (*tum.*)
10. Quid & quomplex sit adoptio? 11. Tan-